



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De vitio Tarditatis. Et de sex quæ hoc vitium dissuadent. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

Et vt breuiter dicā, tales quādo iam ieiuniū amiserunt, tūc p̄mo ad illud preparare se volunt. Farus reputaretur, si quis crucē trāsmarinam accepisset, & nollet confiteri donec perfecisset peregrinationē suā. Si pr̄ueniēda est peregrinatio cōfessione, vt sit inde gratior: quare nō similiter ieiuniū? Tales etiā tūc p̄mo vas lauare volūt, quū iā vinū infuderūt, & nō euacuata materia morbi curare pr̄sumunt. Tales etiā prius redemptionē suam in magna parte exoluūt, quā de liberatione sua tractauerint. Vnde accidit, q̄ soluta magna parte redemptionis suae, adhuc aequē capti sunt à diabolo sicut prius. Tales morsum serpentis infernalis volunt sanare, adhuc veneno in eis remanēte.

¶ *De vitio Tarditatis Et de sex quae hoc vitium dissuadent.*

C A P V T VI.

**S**equitur de Tarditate, quae est sextum vitium pertinēs ad aediam. Sicut enim acediosus differt inchoare opus quod facturus est: sic tardē p̄cedit in opere iam inchoato. ¶ Sex vero sunt quae possunt dissuadere nobis vitium tarditatis. ¶ Primum est, ipsa angustia, siue breuitas temporis praesentis. Vnde Ecclesiast. 10. Noli cunctari in tempore angustiae. ¶ Secundum est, velocitas ipsarum rerum, quae velociter & quasi cursim pertranseunt. Vnde Sapientiae 5. Transferunt omnia illa tanquam umbra & tanquam percurrens nuntius. ¶ Tertium est, velocitas & strenuitas quae mali habet in eis quae sibi inutilia vel noxia sunt. Vnde Proverbio. 10. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem, & in Psalm. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Itē Horatius: Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes. Et Bernard. Magna confusio. Ardētius desiderant seculares pernicioſa, quā nos vtilia. Alacrius currunt ad mortem, quā nos ad vitam. Vnde cū imminente passione domini, ceteri apostoli somnolenti essent, vt legitur Matthaei 26. solus Iudas somno non opprimebatur: sed procurabat vt eos adduceret, qui dominum comprehenderent. ¶ Quartum est, magna offensa Dei, quae ex tarditate ista incurritur. Vnde Proverbiorum 10. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his qui miserunt eum in via. Acetum molestum est dentibus, & fumus oculis. Sic Deus molestatur in nimia tarditate eorum qui sibi seruiunt. Nec mirum, quom videat eos qui strenui erāt, antequam ad seruitium eius venirent, tunc tardos & pigros fieri, quando ad seruitium eius veniunt, quom volare deberent: iuxta illud Esaiae 40. Qui sperant in domino, mutant fortitudi-

radinem: assument pennas, vt aquilæ volabunt, & non deficiet. Quintū est, magna gratia quā habent apud Deum, seruientes Deo qui ei velociter & strenuē seruiunt. Vnde Prouerb. 22. Vidisti virū velocē in opere suo? corā regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Sextum est, vtilitas quam habet tales ex sua velocitate & strenuitate. Opera enim, illorū nō impediūtur vel tardio, vel alia de causa quin perficiantur. Vnde Eccl. 22. In omni opere esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.

*De vitio negligentia.*

## CAP. VII.

Sequitur de negligentia, quæ est septimū vitium pertinens ad acediam. Et attenditur negligentia in hoc, quod homo non curat qualiter opus inchoatū faciat, vtrum bene vel male: sed hoc solum curat, vt ab onere laboris inchoati se expediat. Negligentia verò hoc modo sumpta cōtraria est diligentia. Et attenditur diligentia in hoc, quod homo ad hoc studeat, vt opus inchoatū bene fiat. De hac diligentia cōmēdatur mulier habēs decē dragmas Luc. 15. vbi legitur de ipsa, quod amissa dragma vna, accēdit lucernā, & euertit domū, & quarit diligētē donec inueniat. Ad hanc diligentiam monemur. Pro. 24 vbi sic legit. Diligētē exerce agrū tuū. Et 27. vbi sic legit. Diligētē agnosce vultū pecoris tui.

*De sex quæ faciunt ad detestationem negligentia.*

Sex verò sunt quæ possunt valere ad detestationem negligentia. Primum est illud Iere. 47. Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter: vel negligenter, secundum aliā literam. Quā literam innuit hic Glossa interlin. super illud verbum, fraudulenter vel desidiose. Secundo facit ad detestationem huius diligentia, quam habent creatura irrationabiles circa opera sua. Diligentiam habet natura circa fructus arborū: satis patet per hoc quod eos ita obuoluit duris vel amaris exterius, dulcedinem & teneritudinē interius reponens. Diligentia etiam quam habent animalia ad fœtus suos, satis manifesta est. Tertio potest valere ad detestationem negligentia, diligentia quam habent homines circa ea quæ pertinent ad vtilitatem corporis, vel ad honorem mundi, vel circa ea quibus intendunt placere alicui homini. De illis autem solum quæ propter Deum fiunt, non curant homines qualiter fiant. De diligentia malorum habetur Matthæ. 2. vbi sic legitur de Herode: Diligenter didicit ab eis tempus stellæ. Et subditur, Ite & interrogate diligenter de puero. Quarto facit ad detestationem huius vitij sublimitas personarum, coram quibus negligentia talis committitur: quia coram Deo, & angelis eius committitur. Magna

T r